

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria eterna s
cum fontibus primis

Ibi quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit.
Omne quod ibi erit bonum erit,
et summus Deus summum bonum erit,

et quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit.

Ibi uocabimus et uidebimus, uidebimus et amabimus,
amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.
Nam quis alius noster est finis nisi peruenire ad regnum,
cuius nullus est finis?

Augustinus libro XXII. de ciuitate Dei.

Quidquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit.
Omne quod ibi erit bonum erit,
et summus deus *summum bonum* erit
atque ad fruendum amantibus praesto erit,
et quod est omnino beatissimum ita semper fore certum erit.

Augustinus Hipponensis, *De trinitate*, 13.7 (CCSL 50A,
W.J. Mountain ed., p.394, ll.10-14).

Ibi uocabimus et uidebimus, uidebimus et amabimus,
amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.
Nam quis alius noster est finis nisi peruenire ad regnum,
cuius nullus est finis?

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 22.30 (CCSL 48,
B. Dombart ed., p.866, ll.145-148).